

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0245

0243

0249

0239

0254

civitatis Jerusalem destructio et frequens restauratio civita-  
tis, gloria et exaltatio, ignominia et depressio ex templis  
venit, tam in veteri quam in novo Testamento, usque ad  
hunc diem.

0234

0294

Hodie Christiani parum curarent, quod Sarraceni domina-  
rentur in Jerusalem, dummodo in templum nostrum dominici  
sepulchri pateret nobis libere ingressus et egressus sine timore,  
sine vexationibus et exactioribus. Nec Sarracenis cura esset,  
quod Christiani essent domini civitatis sanctae, si templum  
eis dimitteremus. Sed quia in hoc Christiani et Sarraceni con-  
venire non possunt, passa est misera Jerusalem, patitur et  
patietur obsidiones, dejectiones, dissipationes et inquietudines  
maiores, quam aliqua mundi civitas. Verum bene potest  
dicere: zelus domus tuae comedit me. Et vere zelus popu-  
lorum pro templis comedit, devoravit vel comminuit Jerusa-  
lem. Et ut altius aliquod ad hoc inducamus, numquam Ro-  
mani tam crudeliter et truculenter dilacerassent civitatem illam,  
si Judaei non obstinatissimo zelo pro templo conservando  
repugnassent, quo zelo romanum exercitum turbabant et  
odium exterminativum contra sanctam civitatem et templum  
concitabant. Destructa autem civitate et templo per Romanos  
servata creditur civitas David in monte Syon pro arce et  
fortalitio. In eadem etiam civitate David habuerunt fideles  
ecclesiam tempore Apostolorum constructam, in loco coenaculi  
dominicae coenae, in qua divina peragebant et concilia et  
electiones celebrabant et de fide ordinabant ante eorum  
divisionem. Vel et beatissima Virgo Maria creditur habitacu-  
lum habuisse. In hac ecclesia sanctus Stephanus archidiaconi  
officio functus est et postea in ea sepultus post interne-  
cionem. Haec ecclesia Syon numquam passa est exterminium,  
nec sub Tito, nec sub Helio Adriano, nec sub Sarracenis,  
sed semper a tempore Apostolorum usque hodie mansit, demis  
paucis annis, quibus Romani in Judaeos saeviebant, quando  
Jerusalem cuperunt; tunc etiam fideles praemoniti a Spiritu  
sancto transmigrarunt a Jerusalem, ne malis Judaeorum in-  
volverentur. Sed statim post abscessum Romanorum in mon-  
tem et ecclesiam Syon reascenderunt. Unde hoc insigne  
miraculum de igne paschali, de quo supra fol. 131. A.,

0194

0344

0144

0744

Ende

Anfang

